



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

seu refugium dicitur & posito ad hac, non tamen concessio, quod domus illa fuisset domus propriae habitationis debitoris, tamen ex quo debitor fuit captus sub porticu, qui sub una, eademque clausura ipsius domus non claudebatur, sed erat porticus undique aptus, nec sub aliqua clausura praeterquam domus, non dicitur appellatione domus contineri, nec factum in dicto portione potest dici factum in domo per d. l. caetera. §. hoc fenatus. & ibi Bar. & alii, & in terminis per Pau. de Cast. in d. l. plerique. in ver. sed quid si est in porticu, quoniam tunc porticus dicitur pars domus, & appellatione domus potest contineri, quando est sub eadem clausura iuxta ea, quae habentur per Bar. & alios. in d. l. quod conclauae. ff. de damno in fec. & faciunt no. per Bal. i. rub. ff. sol. mar. in l. i. §. interdictum. ff. de cloacis. & per Alex. in d. §. hoc fenatus. cum aliis ibi per eum post Bart. allegatis, qui facit differentiam inter caedes, & domum appellatorem ad iudicium in dicto porticu continetur, sed non appellatione domus, sicut etiam est differentia, an quid fiat in domo, an ad domum, nam primo casu factum in porticu non dicitur factum in domo, sed bene dicitur factum ad domum, ut per Barr. in l. qui dam hyberus. & ibi D. Floria. ff. de seruit. urb. praedio. & in l. meminisse. ff. de offi. proco. sul. eum si. Sed in casu nostro porticus non est sub clausura domus, & maxime domus habitationis, ergo & c. Praterea forte et attentari possit, quod ratione fugae, & suspicionis debitor capi possit etiam in domo propria sua habitationis iuxta illud, ubi te inuenero, ibi te iudicabo, ut est de mente gl. in l. i. C. ubi quis decurio. quam ad propositum allegat d. Io. Bap. Caccialupus in suo tract. de debitore suspecto. in 7. q. principali, quod concludit, fugituum posse capi, ubicunque fuerit inuentus, nam in fugituum iustificatur illud, ubi te inuenero, ibi te iudicabo, & contra debitorem fugituum, maxime decoctum, & ut uulgo dicitur, fallitum, qualis est iste, prout praesupponitur, omnia iura clamant, tamen si est tradendus creditoribus lacerandus, ut per plura ostendit praefatus d. Io. Bap. in d. tract. in 1. q. in ult. col. & iura dicentia domum debere esse tutissimum refugium, & receptaculum, loquuntur respectu debitoris simplicis non fugitui, neque falliti, differunt enim multum, & in plurimis debitoribus fugitui, & suspecti de fuga ab aliis debitoribus, & sunt longe deterioris conditionis, quam sint alij, ut colligitur ex ijs, quae habentur per Ang. in l. nemo carcerem. C. de exco. tribu. lib. 10. iunctis no. per gl. in l. f. C. de feriis cum si. §. et quoniam haec uideretur opinio magis communis, quod debitor possit capi sub porticu domus, ut ex praedictis apparet, in ea confirmanda ulterius non insisto, cum a cetera opinione non sit in iudicando recedendum, sed aequaliter, & breuiter respondendo adductis supra in praedictis dico in primis non ob stare, quod captura fuerit iniuste facta respectu iudicis, seu familiae suae, ex quo facta fuit sub porticu domus, nam ex praedictis ratio colligitur, captura. n. in casu nostro fuit recte, & recte facta respectu partis, quae respectu iudicis, quoniam sub porticu fieri potuit, tunc quia porticus non continetur appellatione domus, tum quia porticus non continetur sub clausura ipsius, tunc quia illa domus non erat habitatio propria debitoris, tunc et ex alijs supra deductis & maxime quae doct. eoditer tenent, quod debitor sub porticu domus de iure capi possit, ut latius dictum fuit. Non obstant no. per Jo. And. in addit. ad Spec. in tit. de in iuris, quia ipse debet intelligi secundum praemissa, uide licet quoniam porticus esset pars domus, ut quae esset sub clausura ipsius. Itaque loquitur, quando esset porticus domus propriae habitationis, ut latius supra dixi: & ita et debet intelligi ea, quae dicitur doctores tenentes porticum esse de domo. Non obstant statutum praedictum de praecipis fideis,

& c. quia illud loquitur de debitore, quem executio debiti petere ratione confessionis, seu liquidationis debiti, ut colligitur ex rubro, & nigro illius statuti, non autem de debitore fugituo, & suspecto de fuga, ut satis aperte ex uerbis statuti constat. Praterea statutum illud non prohibet debitorem posse capi in porticu, quoniam phibeat posse capi in orto, & uiridario domus, quoniam orto, & uiridarium potest esse pars domus, seu appellatione domus continetur, ut per Bar. in l. praedictis. §. balneas. & per totam legem ff. de leg. 3. unde etiam de iure ceteri debitor possit sub porticu capi, ut doc. ferre oes concludit, sequitur, quod per illud statutum, quod non loquitur de porticu, sed de orto, & uiridario, non dicitur sublata illa cetera doctrina, & decisio doctorum, arg. l. iubemus. C. de restam. & l. precipimus. C. de appellat. & ita ex praedictis concludo, capturam fuisse ualidam, non obstantem, quod facta fuerit sub porticu domus rusticis, in qua debitor non habitabat, capi deo habitatione, prout in iure capitum, & in quod est de mente tex. & doct. in d. l. plerique.

S V M M A E.

- 1 Creditor petens capturam debitoris sui suspecti, & fugitui quomodo, & qualiter iurare debeat, & nu. 2. & 7.
- 3 Captura debitoris suspecti debet de mandato iudicis, & per illum, cui iudex mandauit, & non per alium fieri.
- 4 Debitor de fuga suspectus captus debet iudici presentari, & non ad carceres duci, & quando hoc sit uerum, nu. 9.
- 5 Captura debitoris facta pro maiori summa, quam esset debitor, est nulla, & an pro quantitate debita, & liquidata sublineatur, nu. 11.
- 6 Captura debitoris suspecti, & fugitui non committitur, nisi contra non possidentem immobilia: & an id sit uerum, nu. 13. & 14.
- 7 Iuramentum quando a notario actorum nomine iudicis delatum esse sufficiat.
- 8 Notarii actorum error in omittendo scribere aliquid, quod communitur, & secundum communem praeticam notariorum apponi solet, partibus non nocet.
- 10 Debitor ex facto iudicis, & familiae suae tantum captus iniuste, non debet relaxari in praedictum creditoris, qui iniuste processit, & creditum suum liquidauit, sed captura, si petatur, debet confirmari.
- 12 Haereditum nomen quandoque stat demonstratiue, non autem substantialiter, ut si tanquam haereditas teneantur.
- 13 Captura debitoris suspecti etiam ex alijs causis conceditur, quam ex eo quod debitor immobilia non possideat.
- 14 Conceditur etiam contra possidentem immobilia, sed non sufficientia pro satisfactione debiti.
- 15 Captura debitoris suspecti, quae propter aliquam a creditore omiffa denegari potuisset, sublineatur, si postea creditor illam iniusticia uerit.

EPITOME.

Captura debitoris suspecti, & fugitui ad instantiam creditoris facta a multis hic oppositis defenditur, & sublineatur.

CONSILIUM XII.



CAPTURAM, de qua in praesenti causa agitur, fuisse iniustam, & inualidam, & consequenter Albertum debitorem captum pro suspecto de fuga esse relaxandum, ex pluribus allegatur, & primo quia iuramentum, per quod ab initio debitum, & suspitio probata fuerunt, non fuit ab ipso iudice delatum, sed creditor, ad cuius instantiam captura, seu citatio realis commissa fuit, ultero iurauit; & in his terminis iuramentum est a iudice creditori deferendum, alioquin nullam fidem facit, & nullius est ualoris. l. 3. in princ. & in §. si. ibique Bal. ff. de iureiuran. & habetur per D. Ioan. Bap. Caccialupum in suo tractatu de debitore fugituo in 6. quaest.

- 1 in princ. 6. colum. Secundo ex eo, quod non fuit iuratum in forma, & illo modo, quo debuit contra debitorem iurari, nam iuratum fuit debitorem esse, & esse

& esse suspectū de fuga, nec possidere bona immobilia sufficiētia, cum, debuerit iurari ab initio ipsum esse debitorē, & suspectū esse de fuga, propterea quod ipse postea deterioris cōditionis fuit effectus ad tradita per Ang. in l. nemo carcerem. C. de exacto tribu. lib. 10. per Pau. de Cast. in consi. incip. pro pleniori, & in nouis est consi. ult. lib. 1. Bal. in l. apertissimi. C. de iudi. l. item suspectus. & ibi Pau. de Cast. ff. de procur. & habetur per Caccialupum in d. tracta. in q. 6. in 1. 2.

3 5. & 6. col. Tertio ex eo, q̄ exequutio capturā cōtra ipsum debitorē cōmissa fuit certo nuncio publico, nec reperitur eā fuisse factam ab illo, sed ab alio, cui nihil à iudice fuit commissum, ergo captura dicitur nulla ex defectu commissionis, & forma, arg. e. cum dilecta. cum materia de rescrip. & in l. diligenter. ff. manda. videtur. n. huiusmodi captura facta absq; cōmissione, & auctoritate iudicis, & ideo nulla est, quia inter alia hoc est de requisitis, q̄ fiat de mandato iudicis competentis Bar. in sua disputatione incip. lapus, Ang. in d. l. nemo carcerem. & Caccialup. in d. tract. in 6. q. Quarto capturam dicunt esse iniustam, & inuadendam ex eo, q̄ debitor captus non fuit presentatus iudici, cuius auctoritate fuit captus, prout de iure presentari debuit ad effectum, ut fideiussores prestaret & carcerem euitaret, sed immediate ad carcerem ductus fuit, ergo est relaxandus per ea, quæ habentur p. d. Caccialup. in d. tract. in 4. q. col. 3. Quinto, quia debitor citatus, & captus fuit in domo, seu in porticu domus ad ea, quæ habentur in l. plerique. ff. de in ius uocan. & in l. nemo ex domo. ff. de regu. iur. Sexto q̄ quia fuit captus pro maiori summa, quā esset debitor, nā ipse, & fratres uti hæredes Bartholomæi sunt debitores, quo casu pro hæreditarijs portionibus, nō aut in solidum teneri debent. l. pro hæreditarijs. C. de hæred. actio. Ergo si unus conuentus, & captus fuit pro integra summa, & in solidum, captura dicitur nulla, qm̄ eum habeat se ad instar decreti iudicis, sicut decretū interpositū pro maiori summa in totum corrumpit Bal. in l. certi condicio. S. oportet. ff. si cer. peta. Bar. in l. si non fortem. S. si centum. & ibi doc. ff. de condic. inde bi. ita & captura per Caccialup. in d. tracta. in 6. q. col. fin. ultimo quia f. huiusmodi citatio realis, & captura non committitur, nisi contra illum, qui immobilia non possidet. l. si creditores. & ibi Bar. ff. de priuileg. cred. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrarium in casu, de quo agitur, est concludendum, & difficultas solum in remouēdo obiecta consistit. Non obstat ergo primum, quia f. & si iuramentum à iudice immediate non fuit delatū, tamen delatum fuit à notario actorum noīe ipsius iudicis, quod sufficit tam de stilo, & consuetudine, quæ seruanda est ad tradita p. Io. And. D. Anto. & alios in c. fi. de consuetu. cum si. quā de iure in iis, quæ nō expediuntur, nec expediri debēt iudice sedente pro tribunali, & absq; plena causā cognitione, ut per doct. omnes. in c. qm̄. contra de probatio. maximè per Abb. & do. Ant. in 6. col. uer. num. quid & c. ubi Abb. exemplificat in relationibus nuntiorum, in commissionibus citationum, in relaxationibus, & in alijs similibus, ut in præstationibus iuramentorū, nam sufficit hæc fieri, & præstari, ac recipi à notario, ex quo non fiunt, iudice sedente pro tribunali, & clarius per Abb. ibi in 13. col. uer. si. nunc quæro. an iste notarius, Bar. in l. si finita. S. iulianus. ff. de dam. in factu. l. eos. C. de appell. & habetur per Inno. Host. & alios in d. c. quoniam contra, qui de hac eōi practica & consuetudine attestatur, illamq; seruandā esse dicunt. Et quamuis in actis omissum fuerit per notariū scribi, q̄ iuramentum fuit delatū à iudice, seu à notario de commissione iudicis, tamen hoc euenit ex errore illius notarij, qui acta extendit, ut attestatur no-

8 tarius ipse actorum: & hoc q̄ notarius actorum ex errore omiserit aliquid in scribendo acta, quod cōter, & secundum eōm notarium practicam apponi solet, non debet partibus nocere per ea, quæ habentur per Bart. & Alex. in l. si librarius. ff. de reg. iuris cū sim. ubi casus. His modis etiam respondetur secūdo, & tertio fundamēto, nam fuit per errorem omissum describi in actis, qualiter per creditorem iuratum fuit se habere debitorem suspectum ex eo, q̄ post contractum debitum ipse fuerat effectus deterioris cōditionis, uel saltem ex post facto ad notitiam creditoris id deuenerat iuxta no. per Ang. in d. l. nemo carcerem. & per Caccialupum in d. tractatu. in 6. q. col. 5. Solent et notarii actorū in similibus causis scribere in actis, q̄ exequutio commissā fuit uni certo nuncio, & generaliter cuiunque alteri nuncio publico: & cum ipse creditor in rando simpliciter petierit citationem cōmitti debere, notarius actorum debuit ex suo officio acta conficere, secundum quod in huiusmodi causis fieri consuetum est, & ideo si per errorem omiserit, hoc non dēt actori, nec reo nocere, arg. d. l. si librarius. & l. errorem. C. de testam. cum sim. Non obstat quartū, 9 quia respondetur, q̄ aut creditor debitorē fugientē cum re creditoris, uel sibi debita propria auctoritate capit, prout sibi licitum est iuxta no. per Bar. in d. l. si creditores. per Ang. in d. l. nemo. & per Caccialup. in d. tracta. & tunc creditor infra uiginti horas tenetur debitorem captum presentare iudici ad euitandū crimen priuati carceris, & ita procedat allegata supra in dicto quarto fundamēto, & id, quod habetur p. Caccialup. in 4. q. ac et in 11. cum sim. per eum allegatis. Aut debitor capitur ad petitionem creditoris de cōmissione iudicis per familiam ipsius, & tunc licet familia ipsum ducat ad carcerem, & non incontinenti ad iudicem, propter hoc tamen captura non dicitur esse inualida, si aliā legitimè facta fuit, quia factum iniustum familie non dēt creditori iuste procedenti præiudicare, arg. d. l. si librarius. cum ibi not. & probatur ex iis, quæ habentur per Caccialupum in 6. q. in 3. col. circa prin. qui sentit, q̄ quando fides iudici facta fuit debitorem non possidere immobilia, uel longè non sufficientia, iudex potest familia suæ committere, ut illum capiat ad effectum, ut detineatur, quouique de iudicio sistendo caueat, & sic innuit posse in hoc casu in distincte duci ad locum publicum carceris, ut ibi detineatur, non aut requirit, q̄ ad iudicem ducatur, & ratio est, quia hoc in casu cessat ratio, quare debitor ad iudicem est ducendus, uidelicet suspitio criminis priuati carceris. Præterea ex forma statutorum mercatorum captura ob hoc non potest inuaditari, & cum simus in foro R. D. Gubernatoris, qui officio omnium ordinariorum fungitur, sicut dicitur de Papa, arg. c. aliorum. & c. cuncta. 9. q. 3. ipse in iudicando, & procedendo seruat statuta cuiuslibet fori secundū diuersitatē qualitarum personarū, uidelicet mercatorum inter mercatores, & sic de singulis. Rur-

10 sus f. cum de debito liquidi constat per processum factum q̄ debitorem, & per sniam distinctiua, quæ in re iudicatā transfuit, & per exequutionem q̄ debitore commissam, arg. c. q̄ consultationem de re iud. Abb. in rub. de appell. & in c. quoniam contra. de probatio. & l. iulianus. cum ibi not. ff. de condi. inde b. sequitur, q̄ debitor captus etiā iniuste ex facto iudicis, uel eius familie non est relaxandus, maximè cum postea petitum fuerit dictam capturam debere confirmari argumento eorū, quæ habentur per Sal. in l. si. C. de ed. diui. adr. toll. per Alex. & alios in l. si finita. in prin. ff. de dam. inf. p. Bar. & alios in l. à diuo pio. S. in uendō ne. ff. de re iud. bonus tex. l. si. i. fi. cū ibi no. ff. qd met. cau. & in hac parte uidetur inclinare Caccialup. in d. tracta.

